dicendi tam diligenter attenditis) quotiens ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de iis ipsis rebus, quae tum agerentur, dicere ex tempore, quotiens revocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis! Quae vero accurate cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem perveniret. Hunc ego non diligam, non admirer, non omni ratione defendendum putem? Atque sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia ex doctrina et praeceptis et arte constare, poëtam natura ipsa valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari. Quare suo iure noster ille Ennius 'sanctos' appellat poëtas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poëtae nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. Saxa et solitudines voci respondent, bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque consistunt; nos instituti rebus optimis non poëtarum voce moveamur? Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt, permulti alii praeterea pugnant inter se atque contendunt. **9.** Ergo illi alienum, quia poëta fuit, post mortem etiam expetunt; nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus noster est, repudiabimus, praesertim cum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam? Nam et Cimbricas res adulescens attigit et ipsi illi C. Mario, qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit. Neque enim quisquam est tam aversus a Musis, qui non mandari versibus aeternum suorum laborum facile praeconium patiatur. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quaere-

retur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret: 'eius, a quo sua virtus optime praedicaretur.' Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quae gesserat, posse celebrari. Mithridaticum 21
vero bellum magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum totum ab hoc expressum est; qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura et regione vallatum, populi Romani exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit, populi Romani laus est urbem amicissimam Cyzicenorum eiusdem consilio ex omni impetu regio atque totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam; nostra semper feretur et praedicabitur L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostium classis est, incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis, nostra sunt tropaea, nostra monumenta, nostri triumphi. Quae quorum ingeniis efferuntur, ab iis populi Romani fama celebratur. Carus fuit Africano superiori noster Ennius, 22
itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus ex marmore; cuius laudibus certe non solum ipse, qui laudatur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In caelum huius proavus Cato tollitur; magnus honos populi Romani rebus adiungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii non sine communi omnium nostrum laude decorantur. **10.** Ergo illum, qui haec fecerat, Rudinum hominem maiores nostri in civitatem receperunt; nos hunc Heracliensem multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum de nostra civitate eiciemus?

Nam, si quis minorem gloriae fructum putat ex 23
Graecis versibus percipi quam ex Latinis, vehementer

errat, propterea quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus exiguis sane continentur. Quare, si res eae, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiuntur, cupere debemus, quo manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare, quod cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, haec ampla sunt, tum iis certe, qui de vita gloriae causa dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum. 24 Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset: 'O fortunate', inquit, 'adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!' Et vere. Nam, nisi Ilias illa extitisset, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adaequavit, nonne Theophanem Mytilenaeum, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit, et nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites dulcedine quadam gloriae commoti quasi participes eiusdem laudis magno illud clamore approbaverunt? 25 Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit. Sulla cum Hispanos et Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset; quem nos in contione vidimus, cum ei libellum malus poëta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset tantum modo alternis versibus longiusculis, statim ex iis rebus, quas tum vendebat, iubere ei praemium tribui, sed ea condicione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poëtae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ingenium 26 et virtutem in scribendo et copiam non expetisset? Quid? a Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se neque per Lucullos impetravisset? qui praesertim usque eo de suis rebus scribi cuperet,

ut etiam Cordubae natis poëtis pingue quiddam sonantibus atque peregrinum tamen aures suas dederet. **11.** Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed prae nobis ferendum: Trahimur omnes studio laudis, et optimus quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi etiam in iis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt; in eo ipso, in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se ac nominari volunt. Decimus quidem Brutus, **27** summus vir et imperator, Acci, amicissimi sui, carminibus templorum ac monimentorum aditus exornavit suorum. Iam vero ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellavit, Fulvius non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Quare, in qua urbe imperatores prope armati poëtarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poëtarum salute abhorrere.

Atque ut id libentius faciatis, iam me vobis, iudices, **28** indicabo et de meo quodam amore gloriae nimis acri fortasse, verum tamen honesto vobis confitebor. Nam, quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius urbis atque imperii et pro vita civium proque universa re publica gessimus, attigit hic versibus atque inchoavit. Quibus auditis, quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc ad perficiendum adhortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat praeter hanc laudis et gloriae; qua quidem detracta, iudices, quid est, quod in hoc tam exiguo vitae curriculo et tam brevi tantis nos in laboribus exerceamus? Certe, si nihil animus praesentiret **29** in posterum, et si, quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret neque tot curis vigiliisque angeretur nec totiens de ipsa vita dimicaret.

Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam. **12.** An vero tam parvi animi videamur esse omnes, qui in re publica atque in his vitae periculis laboribusque versamur, ut, cum usque ad extremum spatium nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt; consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus summis ingeniis expressam et politam? Ego vero omnia, quae gerebam, iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terrae memoriam sempiternam. Haec vero sive a meo sensu post mortem afutura est sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector.

31 Quare conservate, iudices, hominem pudore eo, quem amicorum videtis comprobari cum dignitate tum etiam vetustate, ingenio autem tanto, quantum id convenit existimari, quod summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis, causa vero eius modi, quae beneficio legis, auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quae cum ita sint, petimus a vobis, iudices, si qua non modo humana, verum etiam divina in tantis ingeniis commendatio debet esse, ut eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit, qui etiam his recentibus nostris vestrisque domesticis periculis aeternum se testimonium laudis daturum esse profitetur estque ex eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti itaque dicti, sic in vestram

accipiatis fidem, ut humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur.

Quae de causa pro mea consuetudine breviter sim- 32
pliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus; quae a forensi aliena iudicialique consuetudine et de hominis ingenio et communiter de ipso studio locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta, ab eo, qui iudicium exercet, certo scio.

Namenverzeichnis.

L. Accius und die etwas älteren Ennius und Pacuvius waren die bedeutendsten tragischen Dichter Roms. Jener war a. 170 geboren und starb in hohem Alter. S. 11. 10.

Achilles S. 10. 11. Am Vorgebirge Sigeum, nach anderen Sagen anderwärts, wurden der Grabhügel des Achilles sowie Denkmäler mehrerer Helden des trojanischen Krieges gezeigt. Auch ein Tempel des Achilles befand sich dort.

M. Aemilius Scaurus, zweimal Consul, a. 109 Censor, sehr angesehener Staatsmann und Redner, auch litterarisch thätig als Verfasser seiner Biographie. S. 3. 14.

Aetoli. M. Fulvius Nobilior unterwarf als Consul i. J. 189 die Ätoler und die Insel Cephallenia und baute von dem Erlöse der Beute einen Tempel des Hercules Musagetes und der Musen in Rom, den er mit den erbeuteten Kunstschätzen schmückte. S. 11. 12.

Africanus s. Scipiones.

Alexander nahm auf seinen Zügen als *scriptores rerum suarum* u. a. Aristoteles, Anaximenes, Choerilus (Horat. epist. II 1. 233), Kallisthenes, Kleitarchos, Nearchos, Ptolemaeos Lagi mit. S. 10. 9.

Antiochia, Hauptstadt von Syrien, am Orontes, Vaterstadt des Archias. S. 2. 23.

Appius S. 4. 22 ist vielleicht des späteren Todfeindes des Cicero P. Clodius Vater, App. Claudius Pulcher, der mit P. Gabinius, Metellus und L. Lentulus i. J. 89 Praetor war, 86 vom Censor aus dem Senate gestofsen, aber 79 von Sulla zum Consul gemacht wurde.

Armenii S. 9. 12. Die *innumerabiles Armeniorum copiae,* nach Plutarch 200000 Mann, unter ihrem Könige Tigranes schlug Lucullus a. 69 bei Tigranocerta *non maxima manu*, nämlich mit 10000 Mann.

Asia, Kleinasien, S. 2. 27, 5. 11.
Athenae S. 8. 34.

Dec. Junius Brutus, von der Besiegung der Callaeci Callaecus genannt, a. 138 Consul, unterwarf bis a. 134 ganz Lusitanien. Cic. Brut. 28. 107 *D. Brutus, M. filius, ut ex familiari eius, L. Accio poeta, sum audire solitus, et dicere non inculte solebat et erat cum litteris Latinis tum etiam Graecis ut temporibus illis eruditus.* S. 11. 9.

Carbo s. Silvanus.

M. Porcius Cato Censorius, der Urgroſsvater des Uticensis, S. 7. 13, 9. 25. *Cupidissimus litterarum fuit* Corn. Nep. XXIV 3. 1. S. Ennius.

M. Porcius Cato S. 3. 16, wahrscheinlich der Enkel des Cato Censorius, Vater des Uticensis. *Tribunus pl. fuit et praeturam petens mortem obiit* Gell. XIII 20. 14.

M. Porcius Cato Uticensis ist der S. 9. 25 mit *hic* als (zeitlich oder örtlich, vielleicht als Richter) gegenwärtig bezeichnete Urenkel des alten Cato.

Q. Lutatius Catulus, Sieger über die Cimbern in seinem Consulate mit Marius a. 102. Da er von dem gegen die Optimaten erbitterten Marius nach dessen Rückkehr nach Rom a. 87 den Tod zu fürchten hatte, nahm er sich selbst das Leben. Er war ein sehr gebildeter Mann und prosaischer und poetischer Schriftsteller. Cic. de. or. II 7. 28 *Catulo non solum nos Latini sermonis, sed etiam Graeci ipsi solent suae linguae subtilitatem elegantiamque concedere.* S. 3. 5, 14.

Q. Lutatius Catulus, der Sohn des vorigen, Consul a. 78, Censor 65. An Bildung stand er seinem Vater nach. S. 3. 14.

Chii, Bewohner der nahe der Küste von Kleinasien gelegenen ionischen Insel und Stadt Chios, die sich nicht nur durch Reichtum, sondern auch durch feine Cultur auszeichnete. Noch heute zeigt man dort 'die Schule Homers'. S. 8. 21. S. Colophonii.

Q. Tullius Cicero, der Bruder des Marcus, ist der S. 2. 2 genannte *praetor populi Romani, lectissimus vir*, welcher den Vorsitz bei der Gerichtsverhandlung hatte, *exercebat iudicium* S. 2. 11, 13. 8.

Cimbricae res, die Kämpfe der Römer mit den Cimbern, welche durch den Sieg des Marius und Catulus bei Vercellae a. 102 beendigt wurden, S. 8. 29.

Colophonii, die Einwohner der ionischen Stadt Kolophon in Lydien, S. 8. 20. Bekanntes Epigramm der griechischen Anthologie:

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Corduba, Cordova, Hauptstadt von Hispania Baetica am Baetis, erste Colonie der Römer in Spanien, S. 11. 1.

L. Licinus Crassus, geb. a. 140, Consul 105, gestorben 91, mit M. Antonius der berühmteste Redner seiner Zeit, S. 3. 15.

P. Licinius Crassus, der Vater des Triumvir, Consul i. J. 97, Censor mit L. Julius Cäsar 89, S. 5. 11.

Cyziceni. Die Stadt Cyzicus, gelegen auf der Landzunge, welche die gleichnamige Halbinsel mit der Südküste der Propontis verbindet, wurde von der äufserst hartnäckigen Belagerung des Mithridates i. J. 73 von Lucullus entsetzt. S. 9. 13.

M. Livius Drusus, der Sohn des Gegners des C. Gracchus, Volkstribun i. J. 91. Vell. Pat. II 13. 1 *vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, meliore in omnia ingenio animoque quam fortuna usus. Qui cum senatui priscum restituere cuperet decus, in iis ipsis, quae pro senatu moliebatur, senatum habuit adversarium. Tum conversus Drusi animus, quando bene incepta male cedebant, ad dandam civitatem Italiae. Quod cum moliens revertisset e foro, in area domus suae cultello percussus decessit.* S. 3. 16.

Q. Ennius, namentlich als Epiker, aber auch auf anderen Gebieten der römischen Litteratur bahnbrechender Dichter. Vor Virgil waren die *annales* des Ennius das Nationalgedicht der Römer; er ist *alter Homerus* (Hor. epist. II 1. 50). Er war geboren i. J. 239 zu Rudiae in Calabrien, daher *Rudinus homo* S. 9. 29, diente 204 in Sardinien, von wo ihn M. Cato nach Rom brachte. Hier erfreute er sich der Gunst vieler Vornehmen, besonders des älteren Scipio Africanus (S. 9. 21). M. Fulvius Nobilior nahm ihn a. 189 mit in seine Provinz Ätolien (S. 11. 12), dessen Sohn

Quintus teilte ihm als triumvir coloniae deducendae a 184 ein Ackerlos zu, wodurch er römischer Bürger wurde. S. 8. 13.

M. Fulvius Nobilior S. 11. 13 s. Aetoli und Ennius. — Fulvii S. 9. 27, 'Männer wie dieser Fulvius'. Es kann aber dabei auch gedacht werden an Q. Fulvius Flaccus, der zur Zeit des zweiten punischen Krieges, welchen Ennius besonders eingehend in seinen annales behandelte, als Feldherr sich auszeichnete und viermal Consul war.

L. Furius Philus, Consul a. 136, auch anderwärts als zum Freundeskreise des jüngeren Scipio Africanus gehörig genannt. Cic. de or. II 37. 154 ex. *Non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores aut auctoritate graviores aut humanitate politiores P. Africano, C. Laelio, L. Furio, qui secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuerunt.* S. 7. 10.

P. Gabinius Capito, i. J. 89 mit Appius, Metellus, Lentulus Praetor. Er wurde später de repetundis von den Achäern angeklagt und verurteilt. S. 4. 23.

Galli S. 10. 23. Cic. pró Balbo 22. 50 *civitate donavit Massiliensem Aristonem L. Sulla —, idem servos novem Gaditanos —, Q. Metellus Pius Q. Fabium Saguntinum.*

L. Gellius Poplicola und Cn. Lentulus Clodianus sind die *proximi censores* des Jahres 70. S. 5. 9.

Graecia S. 2. 27, 4. 34. — Graecae *artes ac disciplinae* S. 2. 30, *Graeci scriptores* S. 6. 26, *Graeci versus* S. 9. 34, *Graeca* S. 10. 1.

Grattius, der sonst unbekannte Ankläger des Archias, S. 4. 2, 5. 22.

Heraclea, Stadt in Lucanien am tarentinischen Meerbusen, hatte nach dem tarentinischen Kriege a. 278 einen so günstigen Vertrag (*prope singulare foedus* Cic. pro Balbo 22. 50) mit Rom geschlossen, daſs sie nach dem Bundesgenossenkriege ungern dies Verhältnis für das römische Bürgerrecht aufgab. S. 3. 23, 4. 2. — Heraclienses S. 3. 26, 4. 6, 9, 9. 30.

Hispani S. 10. 23 s. Galli.

Homerus S. 8. 20, 10. 12 s. Colophonii.

Hortensii S. 3, 16. Der berühmteste war Ciceros 8 Jahre älterer Rival Q. Hortensius Hortalus, Consul i. J. 69. Sein Vater Lucius wird als Propraetor Siciliens erwähnt.

Ilias des Homer S. 10. 13.

Italia S. 2. 30, 3. 29. — Italicum *bellum*, der sogenannte Marsische oder Bundesgenossenkrieg a. 91—88, S. 4. 9.

L. Julius Caesar, i. J. 90 als Consul im marsischen Kriege meist nicht sehr glücklich, 87 von den Marianern ermordet, war mit P. Licinius Crassus erster Censor nach der Verleihung des Bürgerrechtes an die Bundesgenossen a. 89. S. 5. 11.

C. Laelius Sapiens S. 7. 10 s. Furius. Cicero hat ihm in seiner Schrift *de amicitia* die Hauptrolle zugeteilt und jene nach ihm benannt.

Latium, die mittelitalische Landschaft, S. 2. 31, weniger als geographische Bestimmung als im Gegensatze zu griechischer Bildung für das Volk lateinischer Sprache. — Latini und Latina, Gegensatz Graeci und Graeca, S. 6. 26, 10. 2, *Latini versus* S. 9. 34.

L. Lentulus, einer der Praetoren des Jahres 89, S. 4. 27. S. Appius.

Cn. Lentulus s. L. Gellius.

P. Licinius Crassus S. 5. 11 s. L. Julius Caesar.

Locrenses, die Einwohner von Locri Epizephyrii in Bruttien, S. 2. 34, 5. 1.

Luculli S. 3. 8, 15, 10. 33. L. Licinius Lucullus, nach seiner Rückkehr aus der Provinz Sicilien, in die er als Propraetor a. 102 gegen die Sklaven geschickt war, wegen Unterschlagung öffentlicher Gelder angeklagt, mufste in die Verbannung gehen. Seine Söhne waren L. Licinius Lucullus Ponticus und M. Licinius Lucullus, nach seiner Adoption M. Terentius Licinianus Varro Lucullus. Jener zeichnete sich im marsischen, im ersten und zweiten mithridatischen Kriege aus, war Consul a. 74, führte den dritten mithridatischen Krieg ruhmvoll von 74—68, bis er durch die Meuterei seiner Soldaten und die Intriguen seiner Gegner zur Unthätigkeit gezwungen und durch M'. Acilius Glabrio und dann durch Pompejus abgelöst wurde (S. 9. 7, 9, 16). In diesem Kriege wie schon vor-

her a. 86, als er Proquaestor des Sulla war (S. 5. 11), war Archias bei ihm (S. 5. 9). Nach seiner Rückkehr aus diesem Feldzuge führte Lucullus bei seiner Rechnungslegung des Archias Namen unter denen an, die aus der Staatskasse eine Gratifikation erhalten hätten oder sollten. S. 5. 19. — Der andere Bruder M. Lucullus, der etwa 10 Jahre älter war als Cicero, war Consul i. J. 73. Über seinen Aufenthalt in Sicilien (S. 3. 22) wissen wir nichts. S. 3. 23, 26, 4. 4.

Cn. Pompeius Magnus, mit diesem Beinamen von Sulla bei seiner Rückkehr aus dem Feldzuge gegen die Marianer in Sicilien und Africa begrüfst. Den Mitylenäer Theophanes, der die Kriegsthaten des Pompeius in einem Geschichtswerke verherrlichte, hatte er auf allen seinen Feldzügen zum Begleiter und Ratgeber (Caes. bell. civ. III 18. 3, Tacit. ann. VI 18 ex.). S. 10. 15.

Marcelli, Leute wie M. Claudius Marcellus, 'das Schwert Roms', wie Q. Fabius Maximus (Maximi S. 9. 27) Cunctator 'der Schild Roms'. Die hauptsächlichsten Kriegsthaten des ersteren sind der Sieg über Hannibal bei Nola a. 214 und die Eroberung von Syrakus a. 212. S. 9. 27.

L. Marcius Philippus und M. Perperna sind die *superiores censores* des Jahres 86. S. 5. 10.

C. Marius war zum vierten Male mit Q. Lutatius Catulus Consul im J. 102. S. 3. 4. Seiner Unbildung läfst ihn Sallust sich selbst rühmen Iug. 85. 31 *Non sunt composita verba mea; parvi id facio; ipsa se virtus satis ostendit. Neque litteras Graecas didici.* S. 8. 30, 9. 3.

Mars, der Kriegsgott, S. 11. 13.

Maximi s. Marcelli.

Q. Caecilius Metellus Numidicus führte als Consul i. J. 109 und im folgenden Jahre den Krieg gegen Iugurtha. Er wurde verbannt, weil er sich auf die demokratischen Gesetze des Tribunen Saturninus nicht vereidigen lassen wollte. Er war ein gebildeter Mann. Cic. de or. III 18. 68 *Carneadem a se adulescente Athenis iam affectum senectute multos dies auditum esse dicebat.* S. 3. 13.

Q. Caecilius Metellus bekam den Beinamen Pius wegen der Pietät, die er bei seinen Bemühungen um die Zurückberufung seines verbannten Vaters bewies. S. 3. 13. Er

war i. J. 89 Praetor (S. 3. 33, 4. 25, 10. 32, 12. 26), später im Bundesgenossenkriege, in den Kämpfen gegen Marius und seine Partei und besonders gegen Sertorius in Spanien thätig.

Musae S. 8. 32, 11. 13, 15, 16.

Mytilenaeus, Theophanes, S. 10. 17.

Neapolitani S. 2. 34, 5. 1. Die griechischen Städte waren mit Verleihung ihres Bürgerrechtes freigebig auch gegen Bürger anderer Städte. Neapel war damals wie Regium foederata civitas.

Octavii S. 3. 16. Cn. Octavius war i. J. 87 mit seinem politischen Gegner Cinna Consul. Nachdem er seinen Collegen aus der Stadt vertrieben hatte, wurde er nach der Rückkehr des Marius und Cinna ermordet. Sein Bruder Marcus war Volkstribun (Cic. de off. II 21. 72 ex.), sein Sohn Lucius a. 75, der des Marcus, Gnaeus, a. 76 Consul. Letzere beide werden als nicht hervorragende Redner genannt.

Lex Papia de civitate Romana vom J. 65 untersagte den Nichtbürgern den Aufenthalt in Rom. S. 5. 4. S. Einleit. S. IV m.

L. Plotius Gallus, der erste römische Lehrer der Beredsamkeit zu Ciceros Jugendzeit, S. 9. 3.

Pompeius s. Magnus.

Pontus, das Reich des Mithridates, eroberte Lucullus a. 73. S. 9. 10.

Regini, die Einwohner der an der Meerenge von Messana in Bruttien gelegenen civitas foederata Regium, S. 2. 34, 4. 34. S. Neapolitani.

Q. Roscius, als Sklave geboren, der berühmteste Schauspieler seiner Zeit, so vollkommen in seiner Kunst, *ut, in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur* Cic. de or. I 28. 130, auch als Mensch sehr geachtet. Das Jahr seines Todes ist unbekannt. S. 7. 27.

Rudinus homo s. Ennius.

Salaminii, die Einwohner von Salamis auf Kypros, S. 8. 21. S. Colophonii.

Sicilia S. 3. 22.
Scipionum sepulcrum S. 9. 22. Liv. 38. 56. 4 *Romae extra portam Capenam* (an der via Appia) *in Scipionum monumento tres statuae sunt, quarum duae P. et L. Scipionum dicuntur esse, tertia poetae Q. Enni.* — P. Cornelius Scipio Africanus superior, der Beendiger des zweiten punischen Krieges, S. 9. 21, der jüngere, der Zerstörer Karthagos und Numantias, S. 7. 10.
Sigeum, das kleinasiatische Vorgebirge von Troas, S. 10. 11. S. Achilles.
M. Plautius Silvanus und C. Papirius Carbo setzten i. J. 89 als Volkstribunen das S. 3. 27 angegebene Gesetz durch.
Smyrnaei, die Einwohner der in der Mitte der kleinasiatischen Küste am Hermäischen Meerbusen gelegenen ionischen Stadt Smyrna, S. 8. 21. S. Colophonii.
L. Cornelius Sulla Felix, der berühmte Dictator, S. 10. 23. Er liefs die Habe der Proscribierten auf dem Markte versteigern. S. 10. 27.

Tarentini S. 2. 34, 5. 1. Die im zweiten punischen Kriege zerstörte Stadt Tarentum wurde erst i. J. 123 als römische Colonie neu gegründet.
Tenedus, Insel im nördlichen Teile des aegaeischen Meeres. Die S. 9. 18 erwähnte Seeschlacht wurde zwischen Lemnos und Tenedos a. 73 geschlagen.
Themistocles S. 8. 33.
Theophanes s. Magnus.